

rec. mem. Clementis PP. XI. Prædecessoris quoque nostri Auditorem agebat, edito, judicialiter asserta ac vindicata fuerit, ipsumque Collegium non sine ingenti studiose Juventutis in eo degentis progressu, ac Universitatis studiorum generalium dictæ Civitatis Bononiensis, decore & ornamento nunc quoque, eximie florere dignoscatur; quia tamen solidius subsistunt, quæ hujus S. Sedis sæpius tulerunt auctoritate, ipsi Exponentes, præmissa Apostolica confirmationis nostræ robore, communiri, summo opere desiderant. Nos eodem Exponentes specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latas, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tam enarrata quam quæcumque alia privilegia, exemptiones, facultates, jurisdictionem, prærogativas, gratias, & indulgentias, memorato Collegio, ejusque personis, rebus, & bonis, ac S. R. E. Cardinali dicti Collegii Protectori & Judici ordinario, & aliis quomodolibet ab eodem Sixto prædecessore, ut præfertur, concessa, expeditaque desuper illius literas prædictas cum quibuscumque in eis contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo approbamus & confirmamus, ac illis omnibus & singulis perpetuè atque irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, patrocinium, & præsidium adjicimus.

Quæ omnia  
Apostolica auctoritate  
confirmantur.

Clausula.

5.3. Decernentes, ipsas præsentis literas semper firmas validas & efficaces existere & fore, suisque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter & inconcusse observari; sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. præfata Camerarium, seu Pro-Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon Cameræ Apostolicæ Præsidentes Clericos, cæterosque Officiales & Ministros, & alios quoscumque præminentia & potestate fungentes & functuros, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiendum debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

5.4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac quibuscumque posterioribus Decretis, Chirographis, & Cædulis motorum propriorum, necnon omnibus & singulis illis, quæ in prædictis Sixti prædecessoris Literis concessa sunt, non obstante, cæterisque contrariis quibuscumque.

5.5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici

subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 16. Februarii 1734. Pontificatus Nostri anno Quarto.

F. Card. Olyerius.

### CXXXVIII.

Confirmatio Constitutionum pro Fratribus & Sororibus Tertii Ordinis Servorum Beate Mariæ Virginis in Brasilia.

Dat. die 17.  
Febr. 1734.  
Pont. An. IV.

### CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EX injuncto Nobis calitis Apostolicæ servitutis munere ea, quæ pro felici Conventuum, aliorumque Locorum piorum regimine, salubrique in eis Altissimi obsequii sub suavi Religionis jugo assidue famulantium directione, provide statuta atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper atque inviolata persistat, Apostolice muniminis nostri, cum id a Nobis petitur, præsidio libenter constabimus.

Proemium.

1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Uguccio Maria Diez v. Quoroma, Frater expressè Professus Ordinis Servorum Beate Mariæ Virginis, natione Brasiliensis, quod cum ipse ex America ad Almam Urbem nostram venerit, ut tam quam dilectorum filiorum Antonii Das Merces de Maria, Josephi Pereyra de Fygueredo, & Antonii Peccatoris nomine impetraret a dilecto etiam filio moderno Priore Generali Ordinis præfati licentiam fundandi in Brasilia Conventus Fratrum ac Sororum Tertii Ordinis eorundem Servorum Beate Mariæ Virginis, sub quibusdam peculiaribus Constitutionibus ac legibus, ad Christianæ pietatis studium conducentibus, ultra Regulas a sel. record. Martino PP. V. Prædecessore Nostro pro ejuismo Fratribus & Sororibus præscriptas, idem Prior Generalis vigore facultatis sibi ad id tum per literas memorati Martini Prædecessoris generaliter, tum per Nos specialiter attributæ, petitam licentiam indulset, dictaque Constitutiones approbavit, tenoris, qui sequitur, videlicet:

Constitutiones ad confirmationem præpositæ.

Constitutiones Fratrum, & Sororum Tertii Ord. Servorum Beate Mariæ Virginis, vitæ Communi Viventium in Brasiliis.

De sine sibi præfigendo a Fratribus & Sororibus.

I. Duo sub faustis auspiciis ac patrocinio Sanctissimæ Virginis singularibus, continuè studiis

studiis debent sibi præfigere Fratres ac Sorores Tertii Ordinis ejusdem, una simul in Brasiliis viventes; Primum, sibi vacare, ut quibus possunt exquisitoribus mediis perfectionis brævium assequantur; Alterum dare operam proximis, ferreque iis opem in spiritualibus, corporalibusque earum indigentis; Hinc ut rei utriusque fiat satis, pro viribus in primis univocis Conventui junctæ sit Ecclesia, & unicuique Ecclesiæ conjuncta sint duo Xenodochia, omnino ab invicem separata, & ad latera Ecclesiæ hinc inde disposita, ita ut in cornu Evangelii sit Xenodochium pro hominibus, quibus ministrent Tertiarii; in cornu Epistolæ Xenodochium pro feminis, quibus interserviant Tertiariæ; Ecclesia vero inter utrumque mediet, in qua duo constraantur Chori ad divinas laudes persolvendas: unus pro Fratribus: alter pro Sororibus, sintque inter se omnino sejuncti.

De reverentiis Beate Mariæ Virginis.

II. Quoniam Fratres & Sorores Tertii Ordinis Servorum sub protectione speciali Beate Mariæ Virginis Deo militantibus, æquum est, ut eam specialibus obsequiis & reverentiis, inter divina præcipue, prosequantur; Idcirco in quacumque Ecclesia, etiam Tertii Ordinis, sit Cappella live Altare in honorem ejusdem Beate Mariæ Virginis Septem Dolorum, & si commode fieri potest, ad omnia Altaria adsit Imago Beatissimæ Virginis, quantum in principio tum in fine Missæ salutaris possit, ut in Cæremoniali Ordinis præscribitur. Sit etiam Altare aut Imago picta septem Beatorum Patrum Fundatorum, Sancti Philippi Beniti, Sancti Peregrini, Beate Julianæ de Falconeriis, & Beati Joachimi Piccolominei.

De Oratione Mentali.

III. Cum Ordinis Servorum Beate Mariæ Virginis propria & peculiaris Institutio sit ejusdem Sanctissimæ Matris, & Institutricis nostræ doloribus compati, quos in Vita Passionis ac Morte Divini Filii sui sustinuit, omnes & singuli Tertiarii in choro qualibet die per duas integras horas, una videlicet matutina, vespertina altera, Orationi Mentali sedulo incumbant, ita tamen, ut semper prima meditationis argumentum sint Dolores Beate Mariæ Virginis; alterius verò aliquod christianæ Religionis Misterium patris Prioris arbitrio eligendum. Qui legitime sunt impediti, nec cum aliis præfata Orationi intersunt, per horam saltem quotidie privatim ei vacare teneantur oratione. Quovis item vespere quadrantem immediate ante horam cœnæ omnes simul conveniant ad propria conscientia examinem peragendum.

De Divino Officio.

IV. Omnes Sacerdotes & Clerici teneantur cavere, vel recitare in Choro alta voce Divinum Officium: Laici vero recitent eodem modo officium parvum Beate Mariæ

Virginis, quod privatim recitabunt etiam Sacerdotes & Clerici; & si aliqui Laici legere ignorant, dicant imprimis orationem Dominicam & Salutationem Angelicam, prout imponitur in Bulla Martini V. & insuper bis Coronam Beate Mariæ Virginis Septem Dolorum, ad quam recitandam teneantur etiam omnes alii Laici: Missæ & alia Divina Officia secundum Ritum Romanæ Ecclesiæ, & juxta regularia Ordinis Servorum instituta, persolvantur, ea omnia servando quæ in libro officiorum Ordinis nostri, ac in Cæremoniali præscribuntur.

De Confessione, & Communione.

V. Clerici & Laici constentur peccata sua, & sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumant qualibet prima & tertia Dominica cujuslibet mensis, singulis diebus Dominicis Adventus, & Quadragesimæ, Feria Sexta post Dominicam Passionis, Feria Quinta majoris hebdomadæ, Dominica Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi, Dominica Pentecostes, & Sanctissimæ Trinitatis, singulis solemnitatibus Domini Nostri Jesu Christi, & Festivitatibus Beate Mariæ Virginis; necnon Sanctorum Michaelis Archangel, Angelorum Custodum, Sanctorum Joannis Baptistæ, Josephi Sponsi Beate Mariæ Virginis, Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & Joannis Evangelistæ, & qualibet die, quo Sancti hujus Evangelistæ officium recitatur; Denique in Festivitatibus Sanctæ Annæ Matris Deiparæ Virginis, Septem Beatorum Fundatorum, Sancti Philippi Beniti, Sancti Peregrini Lariosi, Beate Julianæ de Falconeriis, ac Beati Joachimi Piccolominei; Sacerdotes vero frequentius sacramentali Confessione purgent conscientiam suam, & præcipue præfatis diebus noverint, se ad eandem confessionem districtius obligari.

De Jejunio, Abstinentiis, & Disciplina.

VI. Jejunia a sancta Ecclesia statuta accuratissime omnes observent, & præterea a prima Dominica Adventus usque ad Nativitatem Domini, quemadmodum qualibet Feria Sexta per totum annum, & qualibet Vigilia Festorum Beate Mariæ Virginis, Sanctorum & Beatorum Ordinis, quorum Officium celebratur, pariter jejurent; sciantque ulterius omnes gratam rem se Deo facturos, si qualibet Feria Sexta Adventus, & Quadragesimæ, & Vigilia Pentecostes, Nativitatis Beate Mariæ Virginis, ejus Assumptionis, solemnitatis Septem Dolorum, Septem Beatorum Patrum Fundatorum, in solo pane & aqua jejunaverint, quod jejunii genus, sicut pro tota familia non credimus decens esse, quod dispensetur, sic pro temporum & personarum ratione poterit a Priore rationabili ex causa dispensari, Bis in hebdomada tempore Adventus & Quadragesimæ, quatuor Temporum anni, & in qualibet Vigilia fiat lectio & collatio spiritualis per medietatem horæ tempore assurgendo a Priore, præter lectionem, quæ ad primam & secundam mensam semper est faciendæ.



facienda, & magno silentio audienda. Castigatio corporis per disciplinam fiat qualibet Feria Sexta, ter in hebdomada Sancta, ter tempore novembrialium ante Nativitatem Domini Nostri Jesu Christi, & singulis diebus tempore exercitiorum Spiritualium, quibus indispensabiliter quolibet anno omnes vacare debent. Quilibet tamen poterit frequentius disciplina secrete se se percutere ex consilio patris Prioris vel patris Spiritualis, quemadmodum ex alterutrius consilio super nudas tabulas dormire, & cilicium ferre; & si quis ex beneplacito patris Prioris cupiat uti lanea loco lineę subucule, illi non denegetur, immo ad eam deferendam Novitiis consulimus tempore Novitiatus.

*De dicendis suis culpis Feria Sexta.*

VII. Qualibet Feria Sexta congregentur omnes Fratres in loco Capituli, in quo suas culpas dicent, eo modo, quo in Coeremoniali prescribitur, illisque poenitentis salutare inungantur, & si quę corrigenda fuerint, corrigantur; Deinde Prior hortetur Fratres ad vitę profectum, ad pacem servandam, & ad regularem disciplinam; commendat post hæc illorum orationibus statu S. Matris Ecclesię, Summum Pontificem, Regem Lusitanie, Eminentissimum Cardinalem Protectorem Ordinis, Reverendissimum Patrem Generalem, Animas Fratrum & Sororum defunctorum, Religionisque Benefactores tum vivos tum defunctos. Item qualibet Feria Sexta distribuatur elemosina pauperibus, copiosior ea, quę singulis diebus fieri solet; idemque servetur in solemnitate Septem Dolorum Beatissimę Virginis, ac ejus Assumptionis, in Festivitatibus Septem Patrum, Fundatorum, Sancti Philippi Beniti, Sancti Peregrini, Beatę Julianę de Falconeris, & Beati Joachimi Picolominei.

*De Clausura & Cellis.*

VIII. In Domitorio sit unicuique sua Cella deputata, nudis omnino parietibus, nihilque penitus in ea sit præter genuflexorium, Sanctissimum Crucifixum, Imaginem Virginis Septem Dolorum, & ad summum alteram, Imaginem chartę impressam septem Beatorum Fundatorum, & Sanctorum Ordinis: ad sit tamen lectulus ex palea, & pulvinar stragulum, scamnum, mensula, eaque omnia, quę ad scribendum sunt necessaria; ad sit quoque caput mortui super genuflexorium, disciplina, vas pro aqua benedicta, atque ea, quę mere necessaria sunt ad mundiciem corporis quę omnia humilia, & simplicia atque pro omnibus æqualia esse debent; & si Prior, qui unā cum duobus ex senioribus quolibet mense diligenter Cellas visitare debeat, aliquid invenerit superfluum, & præter communem usum, omnia amoveat, puniatque transgressores. Et quoniam omnia debent esse communia, nec ullus Frater aliquid proprium habere neque in Conventu neque extra, idcirco habeatur locus, qui Vestiarium appellatur, ubi omnia vestimenta, & ad habitus

pertinentia conserventur a Fratre ad hunc effectum destinato, qui Vestimenta singulorum Fratrum in distincto & proprio loco ponet ad permutationes evitandas. In Conventum non introducantur extranei, præcipue sæculares, sine Prioris licentia, nec ullus ex Fratribus domo exeat, nisi genuflexus unico genu, si sit Sacerdos: amobus, si non sit Sacerdos, & licentiam & socium a Priore obtinuerit, & nisi prius salutaverit Angelicam Salutationem, & Antiphona: *Sub tuum Præsidium* &c. Beatissimam Virginem, ob quem finem ad sit in situ congruo prope portam. Conventus parvum Altare vel Cappella cum Imagine ejusdem Sanctissimę Domine Nostre, quam omnes salutare teneantur, etiam cum ad Conventum redeunt.

*De Rasura.*

IX. Ad imitationem Domini Nostri Jesu Christi omnes, ut cujusque natura fert, deferant barbam; quę verò est in superiori labio, tondeatur, & decurtetur propter summationem sanctissimi Calicis Domini Nostri Jesu Christi. Rasura quoque sit Sacerdotibus & Clericis per modum Coronę, & superius non modica more sæcularium Clericorum, sed ampla, ut mos est a Regularibus gestari, itaut ex omni parte sit rotunda, capillique Coronę non excedant latitudinem duorum digitorum.

*De Silentio.*

X. Non permittatur ullus ludus præter illum, qui vulgo dicitur *degli Aranci* bis in mense, exceptis tamen temporibus Adventus, Quadragesimę, & Vigiliarum; ad sit tamen Aula seu Cubiculum Magnum, in quo ad convertendum & ad tractanda negocia convenire possint Fratres diebus & horis statutis. In quocumque alio loco observetur Silentium, & si necessitas exigat aliquid dicendum, hoc fiat omni brevitate, qua fieri potest, ac nunquam alta voce, nec ullus Frater sine licentia Prioris ingrediatur Cellam alterius, ut perfectius servetur Silentium, exceptis tamen Vicario Generali, Priore, ejusque Vicario.

*De Recipiendis ad Ordines.*

XI. Nullus recipiatur ad Ordinem, nisi præmissis diligenti examine eorum omnium, quę sanciantur in Bulla Martini V. s. 1. Deinde ab iis, qui optant ad Ordinem admitti, exquiratur, quo spiritu & qua mente id Religionis genus elegerint, quem sibi finem proposuerint, num zelo melioris fragis & perfectionis vitę, ut Deo, ac Domine Nostre liberius famulari possint, an potius levitate, vel humana aliqua ratione, aut inordinato animi motu ducantur. Exponantur deinde iis per eodem austeritas Ordinis, abdicatio propria voluntatis, vilitas cibi & potus, Vigilię nocturna, & his similia; & si non cognoscatur in eis singularis Dei Amor, ac peculiaris devotionis sensus in Beatissimam Virginem,

nem, non recipiantur, & si nobilitate præfulgeant; si vero sint illi comperti, & post quindecim dies perseveraverint in proposito ingrediendi Religionem, si pro Clericis cupiunt admitti, examinentur circa studia, an saltem linguam latinam sciant, & an capaces sint in literis proficiendi: His peractis, de licentia Vicarii Generalis proponantur Discretorio prius, deinde toti Capitulo; & si primi habeatur consensus per secreta suffragia duarum partium ex tribus, & secundi habeantur vota favorabilia supra medietatem, admittantur ad Habitum & ad Novitiatum, servando ea omnia, quę prescribuntur in Bulla Martini V. s. III., & completo probationis anno, non admittantur ad Professionem, nisi habita prius fide cum juramento Magistri Novitiarum, subscripta a Patribus Discretis, postea admittantur suffragia totius Capituli, quę si fuerint supra medietatem favorabilia, si velint, poterunt profiteri juxta modum a Martino V. præscriptum §. IV.

*De Promovendis ad Sacros Ordines.*

12. In promovendis ad sacros Ordines five minores five majores summa diligentia est adhibenda, ut itantum admittantur, qui expressam Professionem emisserint, sintque bonis moribus imbuti, sufficientique literarum peritia, & aliis qualitatibus a sacris Canonibus requisitis præditi. Quare caveat Vicarius Generalis Dimissoriam ulli Fratri concedere, nisi prius habuerit testimonium juratum a Patribus Discretis circa mores ejus religiosos, & consensum duarum partium ex tribus per secreta suffragia Discretorij. Ad Subdiaconatum porro non dentur Dimissorij, nisi ei, qui compleverit annum vigesimum quintum, ad Diaconatum trigessimum, ad Sacerdotium trigessimum tertium, omnes vero, qui ordinabuntur in Sacris, prius septem saltem diebus antea operam dent Exercitiis spiritualibus, ut ad sacros Ordines magis ferventes accedant.

*De numero Fratrum, eorumque muneribus.*

13. Ne ex nimia multitudine oriatur confusio, in quolibet Conventu supra numerum centenarium recipi non possint Tertiarii: qui in tres partes æquales quantum fieri potest dividantur, quarum una sit Sacerdotum, altera Clericorum, postrema Laicorum. Sacerdotum munus sit Divina Officia peragere, verbum Dei annuntiare, Sacramentales Confessiones audire, aliæque omnia, quę ad cultum Dei, & ad salutem spiritualem populo pertinent; Quapropter adsint plures Confessarii, quorum duo vel tres qualibet die certis assignatis horis stent in Ecclesia in loco destinato ad audiendas Confessiones; In diebus autem Festivis vel Ecclesię vel Ordinis quinque vel sex assistant. Adsint quoque plures, qui a Patre Vicario Generali, & a Discretorio constituti sint ad prædicandum, salvis juribus Episcoporum, verbum Dei, tum in propria Ecclesia tum apud Infideles. Clericorum vero munus sit, Chorum & Sacristiam,

atque ea omnia, quę ad sacros usus pertinent, munda conservare. Et tandem munus Laicorum sit xenodochio inservire, aliæque inferiora officia peragere; ne qui Divino cultui sunt dedicati, vilibus negotiis inservire cogantur. Debeant Clerici pariter infirmis aliquando ministrare; nullo modo vero Sacerdotes, qui tamen si velint ad humilitatis exercitium, possint omnia præstare, quę sita prius facultate a patre Priore.

*De particularibus Officiis.*

14. Officia, quę solis Sacerdotibus possunt competere, sunt Vicarii Generalis Prioris, ejusdemque Vicarii, Correctoris Tertiariarum in propriis Domibus degentium, itemque Correctionis Societatis Septem Dolorum B. M. Virginis, Magistri Novitiarum, Annalista seu Historici, Secretarii, Discretorii. Clerici vero & Laici poterunt exercere officia Sacristę, Depositarij, Syndici, Procuratoris, & Infirmarii.

*De Studiis.*

15. Quia præsertim in juventutem necessarium est per Præceptores literis imbui, idcirco adsint Magistri, qui linguam latinam & rhetoricam, si forte alicui adhuc opus esset, cumulatim doceant: adsint & Magistri, qui legant Theologiam Dogmaticam Scholasticam & Moralem, & præter lectionem Theologię Moralis, quę solis Studentibus facienda est, bis in hebdomada omnibus Fratribus intervenientibus lingua vernacula proponantur duo casus conscientię, & a Lectore casum solvantur.

*De Priore, Discretis, eorumque electione.*

16. Ut omnia, prout humana permittit mortalitas, juste ac prudenter administrantur tum in spiritualibus tum in temporalibus adsit coetus tredecim Religiosorum, qui appellabitur Discretorium: & ex his tredecim sint septem Sacerdotes, tres sint Clerici, & tres Laici, qui omnes sint in religiosis virtutibus ornatiore; In quo Discretorio tamen semper locum habeat Vicarius Generalis, Prior, & quamdiu vivat, Fundatores Conventus; Ceteri autem per schedulas eligantur a tota Communitate, ut infra dicitur. In faciendâ electione Prioris & Discretorum hæc methodus observetur: Die statuta pro electione omnes constentur peccata sua, & qui non celebrant, sumant sanctissimum Eucharistię Sacramentum; Deinde omnes in Ecclesia conveniant ad audiendum de eligendis sermonem a Patre Vicario Generali faciendum, & celebrata Missa de Spiritu Sancto, recitatoque hymno: *Veni Creator* &c. cum Orationibus, ut in Coeremoniali, singuli in suam Cellam se recipiant; & in schedulis, ad hunc effectum omnino similibus datis, conscribant nomen illius vel illorum, quos eligere intendunt; Deinde dato signo cum campanula, iterum omnes ad Ecclesiam conveniant, & recitatis Litanis Sanctissimę



Virginis, & Septies Antiphona: *Salve Regina*, incipiendo a senioribus & dignioribus, ponatur schedula in Calice supra Altare preparato; & positis omnibus schedulis coram omnibus, tres Scrutatores, qui vel eligantur, vel si Discretorium ex majori parte nolit eligere, erunt senior ex Sacerdotibus, senior ex Clericis, & senior ex Laicis, dato prius juramento de veritate dicenda, & de secreto perpetuo servando, legent alta voce vota, quae a Secretario Discretorii conscribentur; at antequam vota legantur, debeant singula Vicario Generali ostendi; & illi, qui plura vota supra medietatem habuerint, intelligantur electi, & ut tales omnino habeantur, postquam confirmati fuerint signo Crucis a Vicario Generali: Electis eligendis a tota Communitate cantetur = *Te Deum laudamus*, & omnes Fratres ad invicem sese amplectantur. Ceteri Officiales Conventus, exceptis Vicario Generali, & Vicario Conventus, qui a solo Priore est eligendus, & Correctore Fratrum & Sororum in propriis domibus degentium, in cuius electione servanda est Regula Martini V. §. 17. eligantur a Discretorio per secreta suffragia ad triennium tantum, & non ultra ad idem officium prorogentur, nisi ad sit urgentissima causa a Discretorio & Communitate approbata per secreta suffragia supra medietatem; nemoque, cum ab officio vacaverit, poterit denuo ad idem officium eligi, nisi post aliud triennium, quae regula tamen non valeat pro Annalista seu Historico, Aromatario, & Quatuoribus.

*De Vicario Generali.*

17. Cum Vicarius Generalis semper eligendus sit a Reverendissimo Patre Generali totius Ordinis biennio ante Capitulum Generale, convocetur Discretorium, quod eligat tres Religiosos praesentandos novo Generali pro eligendo novo Vicario Generali: electio praedictorum trium Religiosorum transmittatur Patri Generali existenti, subscripta a toto Discretorio, & munita sigillo tum Vicarii Generalis tum Prioris; & eadem occasione, recensentur summa fide Patri Generali omnes qualitates tum intellectuales tum morales trium nominatorum, ut possit praesentare novo Generali electionem eorumdem, quorum pro suo libito unum eliget primo loco in Vicarium Generalem, & eo mortuo, alterum secundo loco, & hoc pariter forte defuncto, alterum tertio loco. Vicarius Generalis regulariter ad sexennium durabit; attamen si contigerit differri negotia novae electionis, perseveret idem Vicarius Generalis, donec praedicta novae electionis nunciis ad Brasiliam, Conventumque Urbis S. Salvatoris pervenerit; & ne in quocumque eventu remaneant Fratres in Brasiliis sine Vicario Generali, si contingeret omnes tres nominatos e vivis eripi, Prior Conventus Civitatis S. Salvatoris vicesgerat Vicarii Generalis, assumendo titulum & sigillum, quod officium, si peragere recusaverit, sententiam excommunicationis incurrat; & permaneat in dicto officio usque, dum sciatur canonice nova

electio Vicarii Generalis, facienda modo praedicto a Patre Generali; & in hoc casu Discretorium eligat novum Priorem, qui in officio permanebit pro tempore dumtaxat, quod requiritur ad complendum triennium Prioris adumentis Vicariatum Generalem. Habeat Vicarius Generalis sigillum, in quo impressum sit stemma Religionis, & circumducta sint haec literae = *Sigillum Vicarii Generalis Tertii Ord. Servorum B. M. Virginis in Brasiliis*.

*De Administratione Bonorum.*

18. Ut secure conserventur pecunia Conventus, adsit capla tribus clavibus clausa, quarum una sit apud Priorem, altera apud Depositarium, & altera apud Syndicum; & a praedicta capla extrahi non poterunt pecuniae pro expensis faciendis, nisi de consensu Discretorii, cuius ordinationes omnes registrentur in libro peculiari, in quo etiam notetur, quidquid e capla extrahitur, & quidquid ibi ponitur: illud advertendo, ut pro expensis faciendis sine facultate ejusdem Discretorii nihil fiat a Procuratore vel Syndico, qui singulis quibusque mensibus rationem reddent toti Discretorio, & Capitulo reddituum & expensarum.

*De Conservatoribus.*

19. Si contigerit, quod Conventus seu Xenodochia possideant domos, praedia, & bona immobilia, & propter haec lites oriantur, caveant Tertiarii, ne litigati coram Tribunalibus compareant; sed solum, ne praedicta bona incaute amittantur, eligi debeant duo Conservatores, quorum unus saltem sit in dignitate ecclesiastica constitutus, alter ex nobilioribus Civitatis, ad quos pertineat jura Conventus defendere: quibus proinde in communis grati animi testimonium concedi poterit participatio bonorum spiritualium Ordinis; & deinde quolibet anno vel in die solemnitatis Septem Dolorum Beatae Mariae Virginis vel septem Beatorum Patrum Fundatorum aliquod aliud munus dignum Religiosis hominibus.

*De Visitationibus.*

20. Prior quolibet mense una cum duobus Discretis visitet Ecclesiam, Sacristiam, Conventum Monialium, & Xenodochium Item quolibet mense, si Conventus unquam teneretur oneribus Missarum, congreget Discretorium, ut revideantur libri horum onerum tum perpetuorum tum manualium; omnesque celebrantes quotidie, celebrata Missa, in dictis libris se subscribant, ut clare & distincte videri possit, an sint onera satisfacta. Item Vicarius Generalis quolibet anno visitet Conventum tum Fratrum tum Sororum, Ecclesiam, Sacristiam, libros satisfactionis Missarum, libros introitus & exitus Conventus, audiatque omnes Fratres, an habeant aliquid significandum pro publico bono, gloria Dei, & Ordinis augmento.

*Dc*

*De Infirmis.*

21. Fratres infirmi non ponantur in xenodochiis, sed in alio loco in Conventu ad hunc finem preparato, ubi visitentur saepe a Priore, & a singulis Fratribus, eisque omnia, quae opus sunt etiam commoda, singulari charitate ministrentur.

*De Conventibus erigendis.*

22. Si progressu temporis erigendi sint alii Conventus Tertiarii Ordinis Servorum Beatae Mariae Virginis, non possint erigi sine consensu Discretorii Conventus Civitatis S. Salvatoris, & Vicarii Generalis in Brasiliis existentis, cui sicut ex Reverendissimo Patri Generali subjecti sunt, si erigantur; teneanturque ad omnes eas leges servandas, ad quas tenetur Conventus S. Salvatoris, qui sicut & ceteri solliciti valde sint, ut numerus Tertiarii, qui recipiuntur, sit juxta vires Conventuum, itaut in vita perfecta communi commode sustentari valeant, attentis propriis redditibus, & eleemosynis Fidelium.

*De Sororibus.*

23. Quidquid dictum est de Fratribus Tertiariis, intelligendum est quoque, proportionem servata, de Sororibus, quibus quolibet triennio assignabuntur a Discretorio Prioris, ceteraque Officiales. Teneantur Sorores, quae norunt legere, divinum Officium in Choro recitare, quemadmodum & officium Beatae Mariae Virginis, dicantque quotidie Coronam Septem Dolorum ejusdem Sanctissimae Virginis. Si Xenodochium mulierum, vel Conventus Sororum habet bona immobilia, haec sint communia cum iis Conventus Fratrum, & Xenodochii Virorum; omniaque ista etiam ministrari debent a Discretorio, quod pariter curam habeat, ut de omnibus istas Sorores provideat: quae in cellis eadem habebunt, quae habent Tertiarii. Non possint Sorores praeter necessitatem, a Patre Vicario Generali, Priore, & Confessario approbandam, nedum alloqui viros extraneos, immo neque mulieres, exceptis patre & matre, & tunc sermo fiat coram alia Sorore ad arbitrium Prioris, & faciebus cooperitis. Si quae pro aliqua indigentia, opus sit, tractare Patrem Vicarium Generalem, Priorem, vel Confessarium, hoc praestetur (si fieri facile potest) in scriptis: Quod si commode fieri non possit, tunc mutuo quidem se alloquantur, sed brevius quam possunt, considerata re pertractanda.

*De transgressionibus Constitutionum.*

24. Si reperiantur inter Fratres & Sorores transgressores harum Constitutionum, a Priore & Priorisla respective puniantur iis poenis, quae a Vicario Generali, & Discretorio simul determinabuntur; & si contigerit aliquem Fratrem vel Sororem juxta Constitutionem Martini V. §. 19. ejici ab Ordine,

ea die omnes tum Fratres tum Sorores jejunent in pane & aqua, & nocte sequenti acerbiorum longioreque solita disciplinam, faciant, Deum rogantes, ut expulsum vel expulsum illuminet, tangatque ejus cor: qui vel quae, si progressu temporis non ambigua dederit verae poenitentiae & emendationis signa, iterum arbitrio Vicarii Generalis recipi possit, ea lege tamen, ut adsit consensus per secreta suffragia duarum partium ex tribus, deinde totius Communitatis; & receptus sive recepta eodem modo consideretur, ac si nunquam prius ordinem introisset.

*De Constitutionibus.*

25. Nemo tandem audeat aliquid contrarium his legibus seu regulis constituere; si quae unquam statueretur, nullus sit prioris roboris ac momenti. Possit tamen aliquid praeter istas addi ad promovendam magis pietatem in Beatissimam Virginem, ac Evangelicam perfectionem; sed id non habeat legis vigorem, nisi propositum primo sit a Vicario Generali, deinde acceptatum per omnia secreta suffragia totius Discretorii, post per suffragia secreta duarum partium ex tribus Capituli Conventualis, demum confirmatum auctoritate Vicarii Generalis, & postremo a Reverendissimo Patre Generali: ad cujus usque confirmationem publice in Conventu promulgata poterit quidem in usu poni ad tempus, si id expedire videatur Discretorio & Capitulo; sed non haberi lex obligans, usque dum hoc declaret Reverendissimus Pater Generalis.

26. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, praedictus Uguccio Maria Constitutiones hujusmodi, quod firmius subsistant, ac serventur exactius, Apostolica confirmationis Nostrae patrocinio communitari, summopere desideret; Nos, ipsum Uguccio-nem Mariam specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes & absolutum fore censentes, supplicationibus, ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, Constitutiones praesentis auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus & approbamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos tam juris quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

27. Decernentes, easdem praesentes literas firmas validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Pala-

*Petita Apostolica confirmatio:*

*Quae coaequatur,*

*Poenitentium Literarum firmas:*



Palatii Apostolici Auditores, iudicari & defini debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio ob statum.

5.4. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis; necnon, quatenus opus sit, supradicti Ordinis aliter quibusvis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores presentibus pro plene & sufficienter expressis ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides Testamentorum.

5.5. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quae ipsi presentibus haberetur, si forent exhibitae vel ostense.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 17. Februarii 1734. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius,

CXXIX.

Dat. die 20. Martii 1734. Pont. An. IV.

Confirmantur Statuta, pro bono regimine, Ecclesiae S. Joannis Baptistae Nationis Florentinae de Urbe edita.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD pastorale fastigium, meritis licet imparibus, erecti illa, qua pro salubri Ecclesiarum & Locorum piorum quorumcumque almae Urbis Nostrae directione provide constituta esse noscuntur, ut firma semper atque inviolabilia persistant, Apostolici muniminis praesidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

SS. D. N. in minoribus cum esse Ecclesiae huius demandatae Visitatio.

5.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officiales & Deputati Congregationis, quam secretam appellant, Ecclesiae S. Joannis Baptistae Nationis Florentinae de eadem Urbe, quod, cum aliis Nobis, dum Cardinalatus honore fungebamur, dictae Ecclesiae, illique, dudum a fel. record. Leone PP. X. Praedecessore Nostro annexae Societatis Pietatis nuncupatae, necnon Hospitalis Nationis praefatae Visitatio per rec. mem. Clementem PP. XI. Praedecessorem etiam Nostri in iuncta fuisset ac die 28. Novembris 1729. praedictum quoque Hospitale perpetuo eidem Ecclesiae univimus, novamque

Per eundem ei unitum Hospitale.

normam seu methodum, quibus Ecclesia, Societas, & Hospitale huiusmodi deinceps regenda & administranda forent, praescripserimus: omnia vero per Nos gesta a praem. Benedicto PP. XIII. subinde approbata & confirmata fuissent, prout in ipsius Benedicti Praedecessoris cedula motu proprio die 25. mensis Decembris subsequenter desuper expedita, cujus tenorem presentibus pro plene & sufficienter expresso & inserto haberi volumus, plenius continetur: licetque praemissa sic per Nos disposita executioni demandata fuerint; quia tamen experientia compertum fuit, profelici prosperoque memoratorum trium Locorum piorum regimine ac gubernio aliqua alia ordinanda & stabilienda fore: ipsi vero Exponentes una congregati, ac re diu matureque perpensa quaedam nova Statuta seu Capitula imposterum servanda unanimi consensu ediderunt, tenoris, qui sequitur, videlicet:

Et praescripta Statuta.

Quae a Benedicto XIII. confirmata fuerunt.

A Deputatis alia Statuta edita.

Nuovi Capitoli & Ordini da osservarsi per il buon governo e regolamento della Chiesa di San Giovanni Battista della Nazione Fiorentina di Roma, e dello Spedale, e Compagnia della Pietà a quella uniti.

I. Si devino ridurre gli Uffiziali, che componono la Congregazione segreta dal numero di ventiquattro, quanti ne sono nominati nel Motu proprio della san. mem. di Benedetto XIII segnato li 15. Decembre 1729. al numero di diciotto; e faranno nel avvenire il Prelato, il Consolo, il Governatore della Compagnia, il Soprintendente dello Spedale, il Provveditore, il Segretario, due Consiglieri del Governatore, due Deputati nella Chiesa, due Deputati sulle liti, quattro Deputati allo Spedale, e due Opera, che faranno ancora deputati sopra le Tenute.

II. Che sempre, quando si dovrà fare, rendere conto all'Esattore Computista o altro Ministro, si devino deputare dalla Congregazione segreta due Uffiziali della medesima per assistere a ricevere detto rendimento de' conti, e tale rendimento si debba fare almeno ogni due anni.

III. Che mancando per morte o assenza alcuno degli Uffiziali, che componono la Congregazione segreta, questa abbia la piena facoltà di eleggere e surrogare altra persona, che continui nello Uffizio, e intervenga nella detta Congregazione segreta per tutto quel tempo, che averebbe dovuto continuare il morto o l'assente; e questa elezione si faccia nel modo e forma, che si fa quella del Prelato, ad esclusione però del Governatore, e de' suoi due Consiglieri, che mai dovranno farsi dalla sola Congregazione segreta, neppure quando anche venisse il caso della surrogazione temporanea per morte o assenza.

IV. Che le nomine degli Uffiziali o Deputati debbano farsi dalli quattro Uffiziali Maggiori, cioè Prelato, Consolo, Governatore della Compagnia, e Soprintendente allo Spedale, che si troveranno personalmente present

presenti nella Congregazione segreta, esclusi sempre gli Assistenti, e tra questi si deve sempre venire alla nomina di detti Uffiziali o Deputati coll' appresso ordine, cioè, Se per esempio si doveranno nominare dodici persone, devino li quattro Uffiziali Maggiori nominarne tre per uno: se tredici, quattro il Prelato, e tre gli altri: se quattordici, il Prelato ne nominerà quattro, altre quattro il Consolo, e tre gli altri. E questo ordine e regola si deva osservare per tutti gli altri casi di nomine, con avere sempre riguardo tra detti Uffiziali Maggiori alla precedenza di uno per l'altro.

V. Che rispetto alli soggetti da nominarsi agli Uffizii dalli detti quattro Uffiziali Maggiori, per dopoi proporli alla Congregazione Generale, debba il numero de' nominati aumentarsi per li due terzi; e di questo numero così augmentato dovrà la Congregazione segreta includerne due terzi con fare correre la bussola, e aver riguardo alla pluralità de' Voti: e questi due terzi, che resteranno inclusi, si doveranno mandare alla Congregazione Generale, dalla quale parimente per bussola si dovrà includere quella metà, che averà maggiori Voti; come per esempio, dovendosi eleggere cinque Uffiziali, se ne doveranno a nomina delli quattro Uffiziali Maggiori proporre quindici nella Congregazione segreta, e questa dovrà includerne dieci, con mandare successivamente questi dieci così inclusi alla Congregazione Generale, dalla quale doveranno includersi, ed eleggersi cinque, cioè quelli cinque, che corra la bussola si troveranno avere maggior numero di Voti.

VI. Che tutti gli Uffiziali da eleggersi dalla Congregazione segreta, o da nominarsi da questa ed eleggersi dalla Generale, debbano essere Fratelli della Compagnia della Pietà, compresi anche la Persona del Prelato.

VII. Che attesa l'unione dello Spedale, fatta alla Chiesa, la quale dovrà sempre avere il suo pieno effetto, si offervi con la dovuta vigilanza puntualità e carità la ospitalità verso degli Infermi a tenore della pia mente de' Testatori; e per maggiormente adempire alla medesima ospitalità essendosi creduto necessario di ampliare la fabrica dello Spedale, subito, che questa sarà perfezionata, devino riceverli tutti quegli ammalati Nazionali, de' quali esso Spedale dentro le forze dell' entrate sarà capace; e a questo effetto dovrà dal Computista tenerli conto delle rendite e pesi dello Spedale; con che però li depositi, da farsi in Monte di Pietà o Banco di S. Spirito devino sempre farsi in nome comune, cioè sotto nome della Chiesa, Compagnia della Pietà e Spedale di San Giovanni de' Fiorentini.

VIII. Che la detta Ospitalità sia sempre privilegiata e privilegiatissima, ed anche potiore e anteriore a qualunque altra occorrenza della Chiesa e Compagnia, che richiedesse spesa; anzi per meglio provvedere alla detta Ospitalità anche per li casi repentini, dovranno restare sempre vincolati per detta Ospitalità quattro luoghi di Monte; e sempre, che una o più volte per urgenza di adempire alla detta Ospitalità si dovessero li medesimi alienare, debba con la maggiore sollecitudine possibile reintegrarsi l'investimento con la compra di altri quattro luoghi, da stare sempre coll' istesso speciale vincolo e peso.

IX. Che la conferma degli Uffiziali amovibili sia in piena libertà della sola Congregazione segreta di poterla fare a biennio, senza che la Congregazione Generale abbia facoltà alcuna di potere fare ulteriori conferme; E a questo effetto nel fine di ciaschedun biennio si dovrà proporre nella Congregazione Segreta la conferma distintamente e singolarmente di ciascuno Uffiziale, con fare correre la bussola e partito distinto sopra di ciascheduno soggetto; la conferma però del Governatore debba farsi dalla detta Congregazione segreta per un' anno solamente, e debba mandarsi ciascheduna volta alla Congregazione Generale, acciocchè confermi o rigetti la detta conferma secondo il maggiore numero de' Voti.

X. Che nelle nuove Elezioni degli Uffiziali o Deputati possano essere nominati dalli quattro Uffiziali Maggiori anche quelli soggetti, che naturalmente dovrebbero uscire da uffizio.

XI. Che nell' Elezione del deputato Fornaro, siccome quelli, che attualmente sono padroni de' Forni in Roma, o pure sono stati Padroni, e li loro Figliuoli, che abbino esercitato il mestiero nel forno del Padre, devano essere preferiti, conforme si dispone nel Cap. 31. e 32. dello Statuto della Compagnia; così trovandosi quattro, ne quali concorrono, e abbiano giustificato li suddetti requisiti al Soprintendente dello Spedale, doveranno questi essere proposti alla Congregazione segreta, la quale per bussola ne includerà due, avuto riguardo alla pluralità de' voti; e questi così inclusi doveranno successivamente proporsi alla Congregazione Generale, la quale parimente per bussola includerà per deputato quello, in cui caderà la pluralità de' voti. Se poi vi fusse un solo Fornaro, in cui concorressero li suddetti requisiti, questo dovrà essere, il Deputato senza altra Elezione, sempre che averà giustificati li requisiti al Soprintendente; ed il medesimo, dopo che averà esercitato per due anni, dovrà uscire da uffizio, ancorche non vi sia altro esercente; e potrà rientrare in carica, che dopo la vacanza di uno anno. Se poi li Fornari, che averanno giustificati li suddetti requisiti al Soprintendente, faranno due o tre, doveranno i nomi di questi porsi in una borsa; e nella Congregazione segreta estrarne uno a sorte. E dandosi il caso, che non vi sia alcun Fornaro, in cui concorrano li suddetti requisiti, allora dalli quattro Uffiziali Maggiori si dovrà venire alla nomina di quattro Fratelli della Compagnia, e di questi la Congregazione segreta dovrà eleggere per bussola e voti segreti due, da mandarsi successivamente alla Congregazione Generale, dalla quale con la maggioranza de' voti dovrà eleggersene uno.

XII. Ve-



XII. Venendo il caso di doverli eleggere il Prelato, si doveranno nominare quattro soggetti dalli quattro Uffiziali Maggiori, quando il Prelato, che finisce o lascia la carica o si assenta da Roma, sia presente nella Congregazione segreta; Quando poi sia morto o assente, allora, comeche cessa la sua nomina, se ne doveranno nominare tre dagli altri tre Uffiziali Maggiori: e ciascheduno delli soggetti, come sopra nominati, dovrà nella detta Congregazione Segreta mandarli a partito per buffolo e voti segreti, e in chi di loro caderà la pluralità de' voti, resterà conclusa l'Elezione.

XIII. Questo Prelato eletto nel modo suddetto farà perpetuo, finche il medesimo non dimetta la carica, o non sia mutato dalla Congregazione segreta, oppure non abbia impiego fuori di Roma.

XIV. Che accadendo, che nella Congregazione segreta nel tempo, che si devono fare le nomine per l'elezione degli Uffiziali o Deputati, manchi uno o più delli quattro Uffiziali Maggiori, allora cresca il numero delle nomine a favore di quegli Uffiziali Maggiori, che si troveranno presenti colla regola e precedenza prescritta nel Cap. IV.

XV. Che la Congregazione segreta si raduni in San Giovanni de Fiorentini ogni primo martedì di ciascun mese; ed essendo questo impedito, s'intimi in altro giorno non impedito più prossimo a quello, ancorche non sia martedì, ad arbitrio del Prelato, che se l'intenderà col Provveditore, purché la Congregazione si faccia ogni mese, e ne' primi giorni.

XVI. Che li presenti nuovi Ordini devino puntualmente nell'avvenire osservarsi ed eseguirsi in tutte le loro parti e casi di sopra espressi, talmente che li precedenti Capitoli riferiti e confermati nel suddetto Motu proprio della fa. mem. di Benedetto XIII. devino avere il loro vigore in quelle parti e casi solamente, alle quali con questi presenti non resta esplicitamente o implicitamente derogato: E quando mai inforgesse qualche dubbio circa il senso e intelligenza di questi presenti ordini, e li precedenti contenuti nel suddetto Motu proprio, come pure qualsivisia altra difficoltà riguardante il buon governo della Chiesa, Spedale, e Compagnia, devasi inviolabilmente attendere ed osservare quella intelligenza spiegazione o provvedimento, che farà data o stabilita dalla Congregazione segreta per buffolo, e col maggiore numero de' voti, rimossa qualsivoglia riclamò o ricorso.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes nova Statuta seu Capitula hujusmodi, quò firmius subsistant, & ferventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summo opere desiderent; Nos specialem ipsi exponentibus gratiam facere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet

innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus, eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinatis, omnia & singula Statuta seu Capitula præsertim auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac quoscumque juris & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Decernentes, ipsa Statuta seu Capitula, ac presentes literas semper firma valida & efficacia existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore, quancumque spectabit, inviolabiliter & inconcusse observari; illisque respective in omnibus & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere, Legatos, & alios quoslibet quacumque præminencia & potestate fungentes & sancturos, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiæ Sancti Joannis Baptista, Societatis, & Hospitalis supradictorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores presentibus pro plene & sufficienter expressis ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quæ ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 20. Martii 1734. Pontificatus Nostrî Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

Supradicta omnia Statuta confirmantur.

Clausula.

Dat. die 20. Martii 1734. Pont. An. IV.

Indulgentia Plenaria pro Christianis utriusque sexus, aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Conventualium in Sancti Ludovici Francorum Regis, ac Sanctæ Elisabeth viduæ Regis Hungariæ nata Festis diebus, visitantibus.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Injuncta Nobis divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut cœlestium munerum Thesauros, dispensationis Nostræ a Domino creditos, fideliter erogemus, cum id ad augendam in terris Sanctorum in cœlis cum Christo regnantium venerationem, excitandamque & fovendam erga illos fidelium devotionem, & ad animarum salutem speramus in Domino profuturum.

§. 1. Supplicationibus itaque dilectorum filiorum Vincentii de Comitibus Ministri, & Salvatoris Salandari Procuratoris, Generallium Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, omnibus & singulis utriusque sexus Christianis vere poenitentibus & confessis ac sacra Communionem receptis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum dicti Ordinis, tam hæcenus erectis quam imposterum quancumque erigendis, & ubicumque locorum existentibus, in Sancti Ludovici Francorum Regis, ac Sanctæ Elisabeth viduæ Regis Hungariæ nata Festis diebus a primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, Plenariam: Monialibus verò supradicti Ordinis, ac aliis in earum quolibet Monasterio nunc & pro tempore degentibus, vere pariter poenitentibus & confessis ac sacra Communionem receptis, quæ suam respective Ecclesiam in supradictis Festis diebus visitaverint, & ut præfertur, oraverint, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Concessio Indulgentiæ.

§. 2. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 20. Martii 1734. Pontificatus Nostrî Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

Fides Transumptorum.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

F. Card. Oliverius.

Confirmatio quarundam Rubricarum Statuti Collegii Causidicorum Civitatis Ferrariorum.

Dat. die 29. Martii 1734. Pont. An. IV.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Aliis pro parte dilecti filii Antonini Pisani, Decani Collegii Procuratorum Causidicorum Civitatis Nostræ Ferrariorum Nobis supplicato, quatenus Rubricas primam, quartam, quintam, octavam, & nonam Statuti dictæ Civitatis, Collegium ejusmodi concernentes, quæ jam inde ab anno 1557. a bon. mem. Alphonsio Erensi, dum vixit, Ferrariæ Duce, necnon successive anno 1559. a fel. record. Clemente PP. VIII. Prædecessore Nostrò, sub certis modo & forma tunc expressis approbatæ dicebantur, auctoritate Apostolica specificè confirmare, aliaque plurima pro felici ipsius Collegii directione, majorique decore & honorificentia statuere; decernere, ac declarare dignemur; quarum quidem Rubricarum tenor est, qui sequitur, videlicet:

Rubrica Prima.

Rubrica.

Cum maxima pars Justitiæ, sine qua regna subsistere non possent; quinimo ea remota secundum Augustinum magna forent lætrocina, videatur esse in reddendo unicuique quod suum est, ac debitum sit; idque potissimum efficiatur apud jus reddentes in judicis, in quibus propter hominum contentiones, meum & tuum in medio ponentium per viros juris peritos, quos Procuratores appellamus, cause, controversiæ, lites, ac jurgia deduci solent, dignum ac necessarium arbitramur in hac amplissima Nostrâ Republica eligi eos debere, qui recte & cum omni integritate possint ac noverint prædicta dirigere & perficere; ne passim concedentes, & sine delectu omnibus prædicta exercensibus, multa incommoda ac damna nostri patiantur subditi & incurrant, prout magistra rerum experientia sæpius edocuit; Ideo statuimus & ordinamus per hunc modum videlicet:

In primis, quod fiat Collegium Procuratorum, in quo Collegio esse debeant, & intrare possint solum Viri docti & periti, videlicet apti ad procurandum in judicis: qui etiam esse debeant Viri graves & morati, ac bonæ opinionis vitæ & famæ; examinandi, ut infra, approbandi & acceptandi per Judicem XII. Sapientum Civitatis Ferrariæ, Proconsules Notariorum Civitatis Ferrariæ, quorum unus sit de Cancellariis Sanctissimi Domini Nostrî, & Priorem dicti Collegii Procuratorum, qui per tempora erunt, ac duos Procuratores per dictum Judicem eligendos, & cum juramentis, de quibus infra disponitur.

Rubrica.